

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 55.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysum-Meum, Die Veneris, 10. Aug. 1810. (Neov. 20. Julii, 1810.)

Ex Gallico.

Jam nobis visus Danubius inconstans
Jam Catholicus jam Protestans
Finiens cursum vagabundum
Desinens esse Christianus
Rarum in Cursore Mundi
Ut bonus evadat homo.

Colloquentes Personae.

Danubius. — Rhenus. — (personificati).

Rhenus. Jam ergo dilecte popularis! Ister pater! ira tua tandem deserbuerit?

Dan. Ut hoc?

Rhen. Quantopere olim succendebare, cum magnificus honor mihi deferretur limitem naturalem gloriosissimi Status constituendi; equidem demtis pauculis hinc & inde regionibus dimidia adhuc parte germanicus esse perrexi, verum tu ex ovo vagabundus fueras, patriæ tuæ excedens finibus Hungariam petis ibique quin moræ alicui indulgeas trucem in visis Mahometis progeniem!

Dan. Et cur desederit indignatio mea?

Rhen. Quod tibi eadem quæ mihi gloria & honor obtigit naturalem limitem Rus-
siam inter & Turciam constituendi. —

Dan. Et sorori Vistulæ hoc honoris con-
sequendi desiderium est, sed inessum. —

Rhen. Ambo dilectæ popularis! gloriam
ex merito possumus, a nobis inter binos poten-
tissimos Status limitem duci. — Etenim si res
exacte expendatur, quis fateatur est neces-
se: duas solum Potentias in Europa existe-
re — quæ partem hujus orbis inter se divi-
sere. — A Polari arctico ad Caspium usque
Mare, ab hoc usque ostia Danubii, ex al-
tera parte a Polo arctico usque Balthicum,
ab hoc usque Regnum olim Poloniæ — per
Moldaviam & Valachiam — usque Silistri-
am — hæ sunt immensæ possessiones Orien-
talis Imperii Russici. — Imperium occiden-
tale Gallicanum ab urbe Regio per Pede-
montium & veterem Galliam juxta Rhenum
usque borealem Hollandiam ad Mare Ger-
manicum, ex altera vero parte per Belgium
veterem Galliam, Hispaniam; paullopost &
Portugalliam juxta Mare mediterraneum us-
que Siciliam, hæc immensa se l & cultissima
sors Galliarum est. —

Quævis alias quæ interjacent ditiones &
provinciæ intermedia intervalla sunt, quæ
faciant, ne duo hi potentissimi Status in
confiniis mutuo semet attingent, efficientque
sensim & sejunctim minus potentem & in
comparatione ad majores Status impropor-
tionatum Statum. Quare laus & honor pro

nobis care popularis! nos stipendiis summe potentium addictos esse. —

Dan. Fatendum candide & sincere: me dignitati auctoritati tuæ ante aliquot annos æmulum & ut rectius loquar, invidum fuisse. — Sed jam æterna tenet oblivio, profecto miræ rerum vicissitudines! —

Rhen. Et quæ adhuc sequentur? — Finia Unione incorporativa cum Russia perfecta, etj Unio Romanæ Sedis & ditionum cum Gallia perfecta est — & adhuc cernitur regio sub nomine Illyrici — ad Unionem, aut vero erectionem novi cujusdam fortassis regni sub Gallie alarum umbra. Paulloante compositum est: Moldaviam & Russiæ Valachiam unitam esse — & ipso hoc articulo temporis intelligimus Hollandiam quoque Galliarum Imperio unitam incorporatamque esse. — In Occidentali æque ac Orientali Imperio æquiformi & æquabili progressu proceditur, ad quem tenendum probabiliter rationes Erfurtensi Colloquio definitæ sunt.

Dan. Jam deinceps & in argumento navigationis notabiliorē personam agam.

Rhen. De hoc prævie gaudeo. — Nobis patria communis est, & intuitu Commerciū quoque amicas mutuo porrigemus manus — Populares nostri in dorso tuo Constantinopolim usque navigationem prosequi poterunt. Beata Hungaria, quæ tot tamque eximia producta profert, successu temporis pedetentim producta Industriæ fabricata & manufacta quoque conciliando erit. — Veniet, valeat

tempus, quo Constantinopolim & in Asiam velut ad Encenias quasdam aut sacram peregrinationem proficisci licebit. — Ulma numerosi Germani mercatorias speculationes instituent — ad oras fertiles tuas, sedes figent, communicationem promovebunt, juxta & commercium fovebunt. — Erat hic scopus hoc consilium divi olim, quem fata tantum ostendere, Josephi hujus nominis secundi. — Naves in Svevia conscendere placebit, & venerabiles matre venient dicentes: Navita! salutem, sis, imperti filio nostro, cognato nostro — Belegradi, Silistriae, Kilix e. s. p. hic hano, iste illam industrialem mercem eo expediet. — Vindobonam proficiscetur, — Belgradi aut Silistriae Expeditionis Commercialis Conclave (Comptoir) eriget — ad quod multi mercatores qui in talibus emporialibus urbibus sedes & domicilia figent, lubenti animo operam suam conferent. — Pro ratione distractionis mercium Industria quoque Fabricarum et Manufact. augebitur, Anglos his auditis ira & indignatio corripiet, bilis eorum vultus occupabit, sed remant licet, id dubio vacat: eos occasione conficiendae Portae inter Ottomanicam & Russiam Pacis omnem in Turciam actionem amissuros. O quam excellens spes patriae nostrae adfulget! nova larga ad subsidia via panditur! —

Dax. Gaudio me dilectis veterane amice tanto perfundis ut animo efferi occipiam.

Rhen. Et jam aliquid amicis insurrabe auribus. — M. Vezirius Inducias petiisse dicitur Tractationum causa. — Si id nondum factum, & si relatio ratione destituitur, id nihilominus certum rem eum finem denique habituram. — Prima conditio pacis erit, Anglicanam in Turciam actionem & auctoritatem eliminare, quare locus definitur in quo Congressus Legatorum utriusque partis celebrandus. — Notatu digna est animadversio: an videlicet Austria, ut proximus vicinus Portæ in hoc Pacis Congressu etiam comparitura, cum ratione situs sui geographici, & propter novam Russicam Hungariæ peripheriam admodum in hoc negotio ejus intersit, & interesse debeat.

Dan. Jam ergo veterane Collega! porrige, sis, amicam dextram in tesseram amicitiae futuræ, & expeditionis mercium ex tua regione — usque in Asiam — præterea Enciathum nobili ex montibus Tokayens. falerno repletum — tu porrige sis ex tua de 1783 procreatione. Comitte poculum Euge! amicitia reparata & restaurata est! — (ambo hauriunt).

Rhen. Fiet fortassis ut olim jungamur. Nomen tuum germanica lingua foeminini generis est, — quid si hodie, cras hæc quam de præsentis inivimus animorum conjunctio & aquarum connexio nostrarum conjugio assimilari potuerit?

Dan. In Ephemeridibus Hamb. lego seqv. articulum qui peradoxus mihi videtur.

Philadelphia 6. Maji. Die 21. Martii Russicus Minister D. Daschkoff isthuc vespere solennes epulas edidit in memoriam Inaugurationis Suae Maj. Imperatoris Alexandri. — Pro vestibulo Ministri ædium erat eleganter transparens imago adplicata quæ Commercium Americanum ad portus Russicos præsentabat, diademate Cæsareo supereminente Augusto Monogramati — Ministri intentio erat imaginem hanc ceu symbolum Concordiæ ambas inter nationes, at sinistro fato id ab quibusdam ex plebe male intellectum; ad omnem, quæ potuit ægrimoniam speciem declinandam, & removendam jussu Ministri lampades extinctæ — hoc peracto Juvenis quidem duas pistolatas adversus ædem exposuit, glandesque plumbeæ vultum D. Daschkoff prætervolavit. —

Sequente luce denunciarunt plures Cives hanc casum Magistratus, auctor comprehensus proximo Judicio ad tribunal vocabitur. D. Daschkoff se acquiescere huic agendi rationi declarabat, seque gratulari, se per ultionem intercessionem Civium & Magistratus formali actione intendenda coram Judicio levatum esse.

Rhen. Quanto plus miseri Status se extendunt, tanto magis dominatur ubertas fortunatum, & per hodierna politica adjuncta Europæ & his propria ratione opes & communicatio cum reliquis orbis partibus. — Omnia hæc semina e quibus adhuc major insati cupido egerminat. — Fermentatio

quosvis animos occupavit. Tres factiones opiniones Americanorum distrahunt. Una est Anglicana, quod per Commercium plurimum lucris se facere autumat. Alia est pro Gallia ex gratitudine animi pro præteritis, tertia quam Puritani adpellant, exacte & rigide Demagogiæ inhaerent. Jam occipiunt deçreta Sensus & personas in eo carpsere & arguere. Mihi animus hic non est numero vaticinorum me ingerendi — at certe hodie aut cras aliquis Julius Cæsar aut alius eximius exorietur vir, seque extollet, & tum fiet & eveniet id, quod in casibus similibus quovis tempore evenit. — Homines continuo sibi constant in agendi ratione, —

Nihil novi, dicebat sapientissimus Salomo, sub sole.

B I O G R A P H I A.

Danubius maximus Europæ fluvius. — Exoritur tribus scaturiginibus, e quibus rivi *Breg* & *Briga* seu *Brigath* celeberrimi — tertia & minima scaturigo est ad *Donaschingam*, ubi conjunctæ aquæ nomen *Danubii* adeptæ quod Celtica lingua *duo flumina* denotat. — Ad *Ulmam* influente illa navigabilis red- dicitur, — & postquam *Svaviam*, *Byariam*, *Austriam*, & *Hungariam* præterluit, & 60 plurimum navigabilia flumina, universim 120 ad se recepit, effundit se per quina Ostia ea cum vehementia in *Mare nigrum* ut torren-

tis strepitus plurimum in distantia milliarum
 animadverti audiri que valeat. — Olim hoc
 flumen ex loco, quo germanicas deseruit
 oras nomen Istri habuit, — et ex eo memo-
 rabile est, quod eorum paucorum fluviorum
 numero contineatur, qui ex borea Austrum
 versus cursum suum dirigunt. — Ex loco
 natali suo usque Mare nigrum 400 milliarum
 perficit et postremis curvis sui latitudinem
 horæ attingit. — Est una piscium feracissi-
 mus, præcipue Husonum captura excellit —
 qui ex Mari nigro prodit et Danubium ad
 300 milliarum ascendit — ad se a vermicu-
 lis, qui fronti ejus insident levandum. —

Rhenus. Quis in Geographia adeo hospes
 et peregrinus, ut nobile hoc flumen eum la-
 teat? et quibus nondum visus celebratur ad
 ciathum Rhenano repletum — hodie ut graves
 mutationes expertus est, utpote quod na-
 vigia in eo Gallie naulum dependenda
 habeant.

Rhenus. Exiguus in Megalopolitana di-
 ctione fluvius et per paludes Linum at-
 que Fehrbellinum progreditur in Havelam
 se exonerat.